



Iacobus honestis parentibus Selestadij in Alsatia natus est, anno circiter 15, 0. Is cum prima literarum fundamēta in patria feliciter iecisset, sese ad varias academias contulit, atq; in primis Vienne Austriae artium & linguarū studio magna diligentia incubuit. postea quoq; legibus operā dedit, & praeclearam sibi eruditionem comparauit. Accedebat quoq; uitae integritas, & rara animi prudentia. Id cum Fridericus Nausea praesul Vienneensis cognouisset, hunc Iacobum in suam curiam suscepit, & res magnas expediendas commisit. quas quidem ille tanta dexteritate perfecit, ut post eius praesulis obitum Ferdinandus Caesar eum inter suos consiliarios adnumerarit, atq; literarū scrinijs praefecerit. Itaq; Iacobus uitae suae conditionem considerans, res sibi commissas cum alijs Caesareis Secretarijs singulari dexteritate perfecit, atq; non modò Caesari, uerum etiam omnibus bonis gratus extitit. Hac ratione factū, ut ille sua eruditione & praecclaris uirtutibus passim innotuerit, & in talem uirū euaserit, qui meritò hoc loco magnis Germaniae uiris adiiciatur. C. Her.

liarios adnumerarit, atq; literarū scrinijs praefecerit. Itaq; Iacobus uitae suae conditionem considerans, res sibi commissas cum alijs Caesareis Secretarijs singulari dexteritate perfecit, atq; non modò Caesari, uerum etiam omnibus bonis gratus extitit. Hac ratione factū, ut ille sua eruditione & praecclaris uirtutibus passim innotuerit, & in talem uirū euaserit, qui meritò hoc loco magnis Germaniae uiris adiiciatur. C. Her.